THESES,

QVIBVS ASSERITVR AC PROBATVR FIDEM LATRONI DATAM NON ESSE SERVANDAM:

QVAS,

DEO OPT. MAX. ADIVVAN.

Sub præſidio

Nobiliſſimi ac clariſſimi Viri

D. IVLII PACII à BERIGA,

in celebertima Genevenſium ſchola Iuris

Anteceſſoris digniſſimi,

Præceptoris ſumma obſervantia colendi,

Publicè examinandas proponit

IUSTUS CONRADUS REUBERUS-PALATINUS.

menſe Septembri.

GENEVÆ,

Ex typographia Antonij Candidi.

M. D. XCVI.

THESIS PRIMA.

ARDVA & iamdudum tam à doctis, quàm à vulgo agitata quæſtio eſt, An iuſiurandum, quo latroni vel facinoris ſilentium, vel redemtionis tuæ pretium promiſeris, ſervandum ſit: quibuſdam affirmantibus, quibuſdam negantibus, aliis ut in re incertiſſima aſſenſionem hîc cohibendam eſſe contendentibus.

II.

Ego, ut de hac controverſia graviſſima quod ſentio exponam, iudico (quod citra aliorum fiat iniuriam) latroni neque ſilentium facinoris ſervandum, neque redemtionis tuæ pretium, ut maximè utrumque iuraris, ſolvendum eſſe: idque propter has rationes.

III.

Extra dubium eſt apud omnes ſanæ mentis homines, rem illicitam minimè iurandam eſſe, & ſi vel ex infirmitate, aliáve quadam cauſſa iurata ſit, minimè eſſe ſervandam. Iuramentum enim non debet eſſe vinculum iniquitatis.

IV.

Idem etiam iuriſiurandi exigit definitio. Cùm enim